



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 6. Protestantium Austriacorum postulatio circa sectæ suæ libertatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

torum oblivio, armorumque finis. His Sæc. XVII.  
 pactis velut cinere operta tunc fuit illa A. C. 1608.  
 Fratrum discordia, quæ tamen brevi in  
 gravius exarsit incendium. Interim  
 vero Cæsar coronam & Hungarici Re-  
 gni insignia, quæ penes se Pragæ reti-  
 nuerat, per Cardinalem Dietrichsteinium,  
 in Archiducis castra transmisit: ipse  
 vero Matthias prima Julii die motis ca-  
 stris Lintzium profectus, decima quarta  
 ejusdem Mensis die unacum fratre suo  
 Maximiliano Viennam ingressus est, in-  
 genti pompa, ac communi omnium læ-  
 titia exceptus. Tertio post die Turci-  
 cus Orator ad Regis alloquium admif-  
 sus; oblatis pretiosis muneribus eum  
 de confirmanda pace omnibus modis  
 sollicitabat.

§. VI.

*Protestantium Austriacorum postulata  
 circa sedtæ suæ libertatem.*

His interim Viennæ agitatatis summus Merc. Gallo-  
 Pontifex Romæ Mense Majo Me- belg. t. 6. l. 3.  
 linum in Germaniam Nuntium Aposto- Khevenhiller  
 licum designabat, dato eidem negotio, annal. Ferd.  
 ut omne fidei Catholicæ præjudicium tom. 8.  
 sedulo præcavere studeret. Hic ergo Reva l. c.  
 nona Julii die Pragam adventans pau- P. Barre  
 lopost Viennam concessit; ibidem enim hist. d'Al-  
 majus periculum imminere intellexe- lem. tom. 9.  
 rat,

Sæc. XVII. A. C. 1608. rat, cum Protestantes in Austria & præcipue Lintzii, aliisque locis, quamvis Cæsar de Religionis negotio nihil adhuc decidisset, Augustanæ Confessionis exercitia restaurare, atque in eorum Ecclesiis per suos Ministros publicas conciones habere præsumerent. Horum temeritas præcipue offenderat Leopoldum Austriæ Archiducem, atque Passaviensem Episcopum, qui habita deliberatione cum Melino Pontificis Nuntio, Cardinale Forgatsio & Clefelio Vienne[n]si Præsule Matthiam Regem crebro ac potenter sollicitabat, ut hanc profitendæ sectæ libertatem rursus abrogaret, Tempa occluderet, & Conciones publicas inhiheret. Æquis horum postulatis Rex urgente Officii sui debito lubens annuit. Verum ea res novos statim inter Protestantes motus, novasque turbas peperit; Lutherani enim, qui Ottomanica Evangelii propagandi methodo usi, per vim & arma minasque de recusanda Principi suo legitimo obedientia palam effusas, sectam suam tueri solent, declarare ac unanimi consensu statuere præsumebant, quod Regi suo Sacramentum dare, ac fidelitatis juramento se obstringere nollent, donec religionis libertatem obtinerent: Ne vero eorum minis facti constantia deesse videretur, mox fœdus inter se inibant,

se

se publicarum Concionum, & sectæ Sæc. XVII.  
 suæ usum cum vitæ etiam fortu- A. C. 1608.  
 narumque dispendio asserturos, eam-  
 que ab hoc Regis interdicto vindicatu-  
 ros: eapropter subditos suos omnes ar-  
 ma habere parata jusserunt, ut exigen-  
 te necessitate vel tricesimus, vel deci-  
 mus vel quintus in bellum prodire pos-  
 sit: Nec his contenti libellum quoque,  
 cui centum & octoginta factionis suæ  
 Proceres nomina sua dederant, ad Re-  
 gem transmittere non erubuerunt. Ad-  
 eo insanus sectæ fanaticismus, sanæ ra-  
 tionis ac debiti obsequii studio præva-  
 lere potest. Verum ejusmodi ausibus  
 minime terrebatur Matthias Rex, qui  
 eos a suo proposito recedere, & ad præ-  
 standum Regi suo homagium absque  
 ulla tergiversatione comparere iussit.  
 Hi autem in furias acti die decima quarta  
 Septembris Hornam conveniunt, atque  
 exercitum adversus Regem suum con-  
 scribunt, datisque ad reliquos Status,  
 Ordinesque Catholicos literis, eos, ne  
 facta prius transactione juramentum ex-  
 solverent, sollicitant. Ineunte Mense  
 Octobri Matthias Trautsamium & Für-  
 stenbergium Comites, sequente eos pau-  
 lopost Maximiliano Archiduce, ad illos  
 ablegat, qui eos promissorum am-  
 plitudine delinire, atque ad præstan-  
 dam juramentum perducere conaren-  
 tur:

Sæc. XVII. tur: Verum invicta stetit eorum perti-  
A. C. 1608. nacia: quapropter non exspectato Pro-  
 testantium consensu quatuor Catholici  
 Status, Equites ac Proceres numero ferme  
 septuaginta non recensitis civitati-  
 bus die decima sexta Octobris novo Regi  
 Viennæ fidelitatis atque obsequii jura-  
 mentum præstitere, quorum exemplum  
 secuti superioris Austriæ Status anno  
 sequenti die decima septima Maji eidem  
 Matthiæ suam fidem Sacramento Lin-  
 cii obstrinxerunt.

## §. VII.

*Iterata Protestantium molimina pro  
 extorquenda sedicæ suæ libertate.*

*Merc. Gal-  
 lobelg. t. 6.  
 lib. 3.  
 Slavata  
 t. 2. p. 9.*

Accepto Viennæ juramento Matthias  
 Rex vigesima secunda Octobris die  
 Posonium venit, a Proceribus Hunga-  
 ris splendide exceptus: nona autem No-  
 vembris die iidem quosdam articulos  
 Regi obtulerunt, quorum hæc ferme  
 summa est. I. Religionis exercitium  
 in omnibus civitatibus & oppidis etiam  
 in Regia liberum omnibus relinquatur.  
 II. Propugnaculorum Præfecti ceteri-  
 que Ministri non nisi Hungari bene me-  
 riti sint, III. Diadema Hungaricum  
 in Hungaria a laicis custodiatur. IV.  
 Rex in Hungaria sedem habeat, eo ab-  
 sente plena decidendi potestas Palatino  
 mox